nitrum circa canis ortũ nouenis diebus:totidemq̃ ceſſat.ac rurſus innatat:& deinde ceſſat. Quo ap
paret ſoli naturã eſſe quæ gignat:quoniã cõpertũ eſt nec ſolis proficere quicquã cũ ceſſat: nec him
bres.mirũ eſt & illud ſcatebra fonticuli ſemper emicante:lacũ nec augeri nec effluere. iis autem die
bus quibus gignitur ſi fuere hymbres:ſalſius nitrũ faciunt:aquilones deterius:quia ualidiꝰ cõmouẽt
limũ.& hic quidem naſcitur.in ægypto autem conficitur multo abundantius:ſed deterius:nam fu-
ſcum lapidoſumq̃ eſt.Fit pene eodẽ modo quo ſal:niſi ꝙ ſalinis mare infundunt.nilum autẽ nitro
riis excente illo ſiccantur:decedente madẽt ſucco nitri.xl.diebus cõtinuis non ut in macedonia ſta
tis.Si autem hymbres affuerint:minus de flumine addũt.ſtatimq̃ unſari eſt cœptũ:rapitur ne reſol-
uatur in nitrariis.Sic quoq̃ olei natura interuenit.ad ſcabiem animaliũ utilis.ipſum autem conditũ
in aceruis datur.mi ũ in lacu aſcanio & quibuſdã circa chalcida fontibus ſummas aquas dulces eſſe:
potariq̃:inferiores nitroſas.in nitro optimũ quod.tenuiſſimũ & ideo ſpuma melior.ad aliqua tan-
tũ ſordidũ tanquã ad inficiendas purpuras tincturaſq̃ omnem magnus & nitro uſus qui dicẽ ſuo
loco nitrariæ egregiæ ægyptiis nam circa naucratin & memphi tantũ ſolebant eſſe.Circa mẽphin
deteriores.nam & lapideſcit ibi in aceruis.multiq̃ ſunt tumuli ea de cauſa ſaxei . faciunt ex iis uaſa.
nec non frequentur liquam cũ ſulphure coquentes in carbonibus.ad ea quoq̃ quæ inueterari uolũt
illo niro utuntur.Sunt ibi nitrariæ:in quibus & ruffũ exit a colore terræ.Spumã nitri quæ maxime
laudatur:antiqui negabant:fieri:niſi cũ ros cecidiſſet præegnantibus nitrariis:ſed nondũ pariẽtibus.
itaq̃ non fieri incitatis etiam ſi caderet:operimento ꝙ fermento gigni exiſtimauere.proxia ætas me
dicoꝝ apronitrũ tradidit in aſia colligi in ſpeluncis mollibus diſtillans Specus eos colligas uocant
Dein ſiccant ſole.optimũ putatur lydiũ.probatio:ut fit minime ponderoſũ & maxime frabile.Colo
re pene purpureo.hoc in paſtillis affertur ægyptium in uaſis picatis:ne liqueſcatr Vaſa quoq̃ ea ſole
inareſcentia perficiuntur.nitri probatio.ut ſit tenuiſſimũ & quam maxime ſpongioſum fiſtuloſũq̃.
adulteratur in ægypto calce.Deprehenditur guſtu.Sincerũ enim facile reſoluitur:Adulteratum pũ-
git.Calce aſperſum reddit odorẽ nehementer:uritur in teſta opertũ ne exiliat alias igni non exilit ni
trũ.nihilq̃ gignit aut alit.Cum in ſalinis hærbæ gignantur:& in mari tot animalia:tantũ algæ. Sed
maiorem eſſe acrimouiã nitro aparet non hoc tantũ argumento ſed & illo ꝙ nitrariæ calciamenta
protinus conſument.Alias ſalubres:oculoꝝq̃ claritati utiles.in nitrariis non lippiunt.Vlcera allata
eo cellerrime ſanantur.ibi facta tarde.cit & ſudorem cũ oleo perunctis : corpuſque emollit in pane
ſalis uice utuntur calaſtrico.ad raphanos ægyptio teneriores eos facit.ſed obſonia alba & deteriora
olera uiridiora in medicina autẽ calfacit extenuat mordet:ſpiſſat.ſiccat exulcerat.utile iis quæ euo-
canda ſint aut aut diſcutienda & lenius mordenda atque extenuanda ſicut in papulis puſtuliſq̃. qdã
in hoc uſu accẽſum uino auſtero reſtingunt:atque ita trito in balneis utuntur ſine oleo . ſudores ni
mios inhibet cũ arida iride adiecto oleo uiridi.extenuat & cicatrices oculoꝝ & ſcabricias genaꝝ cũ
fico illitũ aut decoctũ in paſſo ad dimidias partes.item contra argemas oculorum.Vngues decoctũ
cum paſſo in mali punici calice adiuuat nitrũ.claritatemq̃ uiſus cũ melle inunctũ.prodeſt dentium
dolori ex uino ſi cum pipere colluantur.item cum porro decoctũ nigreſcentes dentes crematum dẽ
tifricio ad ad colorem reducit.Capitis animalia & lendes necat cum ſamia terra illitũ ex oleo: Auri
bus purulentis uino liquatũ infunditur ſordes eiuſdem partes erodit ex aceto ſonitus & tinnitus di
ſcutit ſiccũ additum utiligines albas cũ cymolia creta æquo pondere ex aceto in ſole illitum emen
dat.furunculos admixtũ reſinæ extrahit aut cũ uua alba paſſa nucleis eius ſimul tritis. Teſtium inflã
mationi occurrit item eruptionibus pituitæ in toto corpore cum axungia.Contraque canis morſus
addita reſina initiis cũ aceto illinitur ſic & ſerpentiũ morſibus:phagedenis:& ulceribus quæ ſerpunt
aut putreſcunt cũ calce ex aceto hydropicis cum fico tuſum datur illiniturq̃ : Diſcutit & tormina ſi
decoctũ bibatur pondere drachmæ cum ruta uel anetho uel cõmino.Reficit laſſitudies cũ oleo ex
aceto perunctoꝝ.& contra algores horroreſq̃ prodeſt manibus pedibuſq̃ confricatis cũ oleo.Con
primit & pruritus ſuffuſoꝝ felle maxime cum aceto datum.ſuccurrit & uenenis fungorum ex poſca
potum.aut ſi bupreſtis paſta ſit ex aqua:uomitioneſq̃ euocat.iis qui ſanguinẽ tauri biberint cum la
ſere datur.in facie quoq̃ exulcerationes ſanat cũ melle & lacte bubulo.ambuſtis toſtũ donec nigre
ſcat tritũq̃ illinitur infunditur ulceis & renum doloribus:aut rigori corporum neruorumq̃ dolo
ribus.paralyſi lingua cum pane imponitur.ſuſpirioſis in ptiſana ſumitur tuſſim ueterem ſanat flor
mixto galbani.reſinæ terebintinæ pari pondere omniũ:ita ut fabæ magnitudo deuoretur. Coquitꝰ
dilutũque poſtea cum pice liquida ſorbẽdũ in angina datur.flos eius cum oleo cyprio articulorum
doloribus in ſole iucundus.eſt.Regiũ quoque morbum in uino exterminat potum.& inflatiões di
ſcutit ſanguinis profluuiũ ſiſtit e naribus ex feruenti aqua uapore naribus rapto .pruriginẽ alumi
ne permixto tollit.alarum uirus ex aqua quottidiano fotu.ulcera ex pituita nata cæra permixtum